Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



S cd m

pera neq: calcaneata. & nemini per uia salutaueritis. In quacuq:
domu intueritis primu dicite pax huic domui. Et si ibi fuerit
filius pacis requiescet super illa pax ura. sin autem ad uos reuertet.
In eadem autem domo manete. edentes & bibentes quæ apud illos sunt. Dignus
enim operario mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quam
cumq: ciuitatem intueritis & susceperint uos. manducate quæ appo
nunt uobis. Et curate infirmos qui in illa sunt. & dicite illis. Appropinquauit
uobis regnum dei. In quacumq: ciuitatem intueritis & non susceperint uos.
exeuntes in platias eius dicite. etiam puluerem qui adhesit nobis de ciui
tate ura extergimus in uos. Tamen hoc scitote. quia appropinquauit reg
num dei. Dico uobis. quia sodomis in die illa remissius erit quam illi ciui
tati. Vae tibi corozaim uae tibi bethsaida. quia si in tyro & sydone fac
te fuissent uirtutes quæ in uobis factæ sunt olim in cilicio & cinere sedentes
penitentiam egerent. Verumtamen tyro & sydoni remissius erit in iudicio quam uobis.
Et tu capharnaum usq: ad celum exaltata. usq: ad infernum dimer
gieris. Qui uos audit me audit. & qui uos spernit me spernit. Qui autem
me spernit. spernit eum qui me misit. Reuersi sunt autem LXX. duo cum gaudio
dicentes. Domine. etiam demonia nobis subiciuntur in nomine tuo. Et ait illis.
Videbam satanan sicut fulgur de celo cadentem. Ecce dedi uobis poten
tatem calcandi super serpentes & scorpiones. & super omnem uirtutem
inimici & nichil nocebit uobis. Verumtamen in hoc nolite gaudere. quia
spiritus uobis subiciuntur. Gaudete autem quia nomina ura scripta sunt in celis.
In ipsa hora exultauit in spiritu sancto & dixit. Confiteor tibi pater domine celi
& terre quia abscondisti hec a sapientibus & prudentibus. & reuelasti
ea paruulis. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo scit quis sit
filius nisi pater. & quis sit pater nisi filius. & cui uoluerit filius reuelare. Et
conuersus ad discipulos suos dixit. Beati oculi qui uident quæ uos uide
tis. Dico enim uobis quia multi prophete & reges uoluerunt uidere quæ uos
uidetis & non uiderunt. Et ecce quidam legis peritus surrexit temp
tans illum & dicens. Magister quid faciendo uitam eternam possidebo. At
ille dixit ad eum. In lege quid scriptum est. quomodo legis. Ille respon
dens dixit. Diliges dominum dominum tuum ex toto corde tuo & ex tota
anima tua & ex omnibus uiribus tuis & ex omnibus mentis tua. & proximum tuum
sicut te ipsum. Dixitque illi. Recte respondisti. hoc fac & uiues.

In. l. t. B. d. 1. d. s.

In. l. t. B. d. 1. d. s.

& audire quæ auditis & non audierunt

Etiam pater. quia sic placuit ante te.